



**SYNTA||XIS LINGVAE GRAECAE,|| IOANNE VARENNIO ||
Mechliniensi Au||tore.|| PRAETEREA ANNO-||tatiunculae
paucae ad praecepta Synta=||xis Varennianae, per
IOACHI-||MVM CAMERA-||RIVM.|| ... ||**

Varennius, Joannes

Basileae, 1536

VD16 V 385

De Constrvctione uerborum substantiuorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69674](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69674)

Verbum quod ante se habet nomina-
 tiuum, resolui potest quandoq; quidem
 in cognatum nomen, idēq; uel per nomi-
 natiuum, uel per genitiuum, ut *Λύκιοι συ-
 νεμάχον τοῖς Τρωσίν*, Lycij auxiliabantur
 Troianis: sic resoluitur, *σύμμαχοι τῶν Τρω-
 σῶν ἦσαν*: uel sic, *τῶν συμμαχῶν ἦσαν*, ex auxi-
 liaribus erant. Quandoq; uero in par-
 ticipium, itidem uel per nominatiuum,
 uel per genitiuum sic, *συμμαχόντων ἦσαν*:
 uel sic, *συμμαχόντων ἦσαν*. Semper enim
 loco nominatiui, quē post se habet uer-
 bum substantiuū, licet ponere genitiuū
 pluralem Attice: ut, *ἐκείνου ἑτάραει δικά-
 ος*, uel *ἐκείνου ἑτάραει τῶν δικαίων*. *ἔσι ὄνγε-
 νῆς*, uel *τῶν ὄνγετων*.

DE CONSTRUCTIONE
 uerborum substantiuorum.

Verbum *τυγχάνω* cum sit substan-
 tiuum, utrinq; habet nominatiuū:
 melius tamen postponit ei nominatiuus
 participij uerbi substantiuū *ἔστι*, cum alio
 nominatiuo, hoc modo, *Σωκράτης τυγχά-
 νει ὧν σοφός*, Socrates est existens sapiens.

C 4 Quod

Quod si ei postponatur participiū uerbi adiectiui, non opus erit præterea alio nominatiuo. Perfecte enim dicimus, Σωκράτης τυγχάνει ποδιπατῶν, Socrates est ambulans: Σωκράτης τυγχάνει διαλεγόμενος, Socrates est disputans: omisso participio ὦρ.

Construitur etiam quandoq; uerbum substantiuum δεῖ cum articulo subiūctiui, & in recto & in obliquo, tam singularis quàm pluralis numeri, hoc modo: ἔσιμ οἱ τινες, hoc est, aliqui, ἔκ ἔσιμ οἵ τινες ἴεχουσι, nulli currunt. ἔσιμ οἷς, pro quibusdā, φωνή τις ἔσιμ οἷς ἄζηκῶς, uox quædam quibusdam exaudiebatur. ἔσιμ ἔς, aliquos, ut ἑώρων πολλοὺς ἄκ μάχης φεύγοντας, ἔσι δὲ ἔς εἰς θανάτῳ ποδιπείσαντας, uidi multos ē conflictu fugientes, & aliquos in morte prostratos. pro quo etiam dicunt, ἔσιμ ἔς τινας. ἔσιμ ὦρ, quorundam. ἔσιμ ὅς, quidam. ἔσιμ ἔ, cuiusdā. Et sic de alijs casib.

Construitur etiam hoc modo: ἔσιμ ὡς, pro quodammodo, quadantenus. ut ἔσι μὲν ὡς καὶ ὕλη μέρος τινός λέγεται, ἔσι δὲ ὡς ἔ. quodam

quodammodo materia pars alicuius dicitur, & quodammodo non.

Etiā ἐστὶ ὅπως significat quodammodo. ἐσιμ ὁμ ἴόπου, pro quodammodo, quadantenus. ὡς μὲν οὐκ ἐσιμ ὅτως ἐχομ, ἀλλ' ἐσιμ ὁμ ἴόπου, non planē ita est, sed quodammodo. Quod quidem ita dicit per ἐλειψιμ præpositionis ἡ, articulo subiunctiuo ὁμ accepto, pro hoc nomine infinito ἡνὰ: ita ut ἐσιμ ὁμ ἴόπου, sit loco huius, ἐσιμ ἡνὰ ἴόπου. ἐσιμ ἐφ' ὅτω, aliqua causa.

GENITIVVS POST

Verbum.

Verba sensuum significatiua, gaudent genitiuis, uelut αἰδανόμαι, ἀκῶ, ἀπῶμαι, γούμαι, ὄσφραίνομαι. ut αἰδανόμαι τῶν λόγων ἡδύτη, sentio sermonis suauitatem. μὴ γούμαι μελανόρω, ne gusta ex his, quibus nigra est cauda.

Excipiunt ea quæ uisum significant, ueluti ὄρω, ὄρωμαι, θεωμαι, βλέπω, & similia, quæ exigunt accusatiuum, quod uisus cæteris sensibus sit certior & penetrabilior. Verum Attici omnia sentien-

C 5 di